Fragmentarium

Eripe me domine Tract.
ab homine malo a viro iniquo
libera me. Qui cogitaue-
runt malicias in cor- de
tota die constituebant pre-
lia. Acue- runt linguam su-
am serpentes venenum aspidum sub
labiis eorum. Custodi me do-
mine de manu peccatoris et ab
omnibus iniquis libera me.
Qui cogitaue- runt supplantare
gressus meos absconde-
runt superbi laqueos michi.
Et funes extenderunt in
laqueum michi iuxta iter
scandalum posuerunt michi.
Dixi domino deus meus es tu

exaudi domine vocem orationis mee.
Domine domine virtus salu-
tis mee obumbra caput
meum in die belli. Ne tra-
das me a de-
siderio meo peccatori. Cogi-
tauerunt aduersum me ne dere-
linquas me ne umquam exal-
tentur. Caput circuitus eo-
rum labor labiorum ipsorum operiet
eos. Verumtamen iusti confite-
buntur nomini tuo habitabunt
recti cum vultu tuo.

In illo tempore. Passio S. Iohan-
Egressus est ihesus cum discipulis suis
trans torrentem cedron. ubi erat
ortus. in quem introiuit ipse et
discipuli eius. Sciebat autem et
iudas qui tradebat eum locum. quia
frequenter ihesus conuenerat illuc
cum discipulis suis. Iudas ergo cum ac-

License: public_domain – Gent, Archief Gent, OA_158_08, fol. 116r – Noted missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-mida/9613/70472)